



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

48 Deo felicem rerum successum acceptum referre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

ethia, qui sindone & sepulchro eius corpus texi-
 Laudantur (*Exod. 35.*) qui munera altari, qui decimas sacerdoti, qui Deo primitias soluunt. In-
 què comparatum est, si edificia, in quibus nos ho-
 munciones viuimus, sint quasi Palatia; & tem-
 pla, in quibus Deum colimus, sint quasi hu-
 bula: si nos vermes faginemur vt porci, & Mis-
 stri Dei summa rerum inopia laborantes, viuamus
 vt serui. *Greg. Pont. epist. 42. lib. 1. ad Petrum Dia-*
conum monet, ne ex delictis alienis commodum
 vllum sentiat Ecclesie fiscus. Si non putarem
 mittendum in corbonam Iudæi auari, sed
 pium vsum pretium sanguinis couerterunt, quod
 agere decet Ecclesiam Christi? *Matt. 5. Nisi auer-*
dauerit iustitia vestra, &c. Concilium etiam Tri-
 dentinum vult pœnas exactas à Clericis de
 pauperibus. *Vide Baron. Anno Christi 591.* Caue-
 dum tamen ne religio fulgentibus diuitiarum
 renis aucta suffocetur, & notum S. Gregori
 tum iterum fiat verum.

SIGNVM XLVIII.

A Deo fe-
licitatem
expectare.
Equum re-
ferre natu-
ram sui do-
mini.

DEO FELICEM RERVM SV-
 cessum acceptum referre.

Stigismundus Imp. iter faciens torrentem equum
 Scraijciebat. Equus consistens meiere coepit
 Tunc quidam aulicorum equum Cæsaris no-
 ram habere palam asseruit. Causam rogatus
 Quoniam, inquit, equus torrenti (flumini aqua
 abundanti) aquam addit; Cæsar abundantiam
 dat, (neglectis tenuioribus, tantum in die
 sua munera confert.) Animaduertit Imp. per-

stringi se modeste, quod in aulicum iam vetera-
num nihil beneficij contulisset, & subiecit: Nun-
quam quidem sibi bene merendi voluntatem de-
fuisse, sed principum dona non illorum esse proprie-
tatem, qui ea merentur; sed quibus sint destinata facta. Et
id re comprobaturum se dixit quam primùm otij
& quietis occasio tantisper daretur. Postea otium
nactus Cæsar, pyxides duas parari iussit magni-
tudinis & formæ eiusdem: in vnam aurum, in al-
teram plumbum ponit pondere eodem, & mini-
stro adiucato præcipit, vt alteram pyxidem deli-
gat. Consternatur minister, librando modò hæc,
modò alteram tollit, nesciens vtram potissimum
debeat eligere. Tandem eam aufert, quæ plum-
bum continebat. Quod ubi conspexit ille, iam
reclusa pyxide, aiebat Cæsar, videri palàm, non
suam voluntatem, sed ipsius infelicitatem obsti-
tisse, quò minus hæctenus beneficium sit conse-
cutus. Prudenter cõsiderauit Cæsar, felicem suc-
cessum rerum à Deo contingere. Vtinam eius iu-
diciū omnes Magistratus imitarètur. *Carton lib.
3. Chron. i. Vide in Mēsa Theolo-philos. ocū de Deo.*

SIGNVM XLIX.

DIFFIDERE VIRIBVS HVMANIS.

*Diffidere**viribus hu-
manis.*

D hoc signo pium ac doctum Tractatum scri-
psit P. Franc. Arias, nos illud quinq; duraxat
illustrabimus exemplis. 1. *Rex amasias* bellū ge-
sturus contra Idumæos, cū supra trecenta mil-
lia suorum, de Israël alia centum millia armato-
rum conduxisset, venit ad eum Propheta à Deo
missus, & dixit: O Rex, ne egrediatur tecum exer-
citus Israël. Si putas in robore exercitus bella con-
sistere,

T 4